



R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia

Tamburini, Tommaso

Lugduni, 1689

6. Quomodo votum sit interpretandum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)

supponimus, sed ad illud ex hac individua persona dimanans.

9. Quid, si votum sit disunctum, cuius una pars cadat in materiam aptam, altera in ineptam? ut si quis ita voueat: *Ego promitto Deo vel me furaturum, vel me Religionem ingressurum*: *Ego promitto religionem ingressurum, vel ut furer, vel ut Deo seruiam*: *Voveo vel se occidere, vel me per aliquot dies jejunaturum*, & similia? Respondeo dandum esse non absumilem regulam; videndum enim est, an disunctio cadat in duplicem illam materiam, vel finem, necne. Si cadat in utramque, illicitum est votum, quia existente una parte mala, utraque pars mala erit, cum malum ex quocunque defectu, quare voti materia esse non potest. Quod si disunctio non cadat in utramque partem, sed determinate intendatur una pars, altera vero solum sit appositae, ut conditio, valebit votum quoad illam partem determinatam, si aliunde apta voto est. Exemplum clarior evadet doctrina. Sit, qui sic voueat: *Promitto aliquid furari, quo semel dives, et si furari non possum, promitto me in Religionem ingressurum*. Vide hic adesse veluti duo vota. Alterum: *Promitto furari*; & hoc invalidum est. Alterum: *Promitto me Religionem ingressurum, si furari non fuero*, & hoc validum est; quia de re ex se bona, & omnisio furti, est solum conditio.

10. Quid denique, si votum idem disunctivè emittatur, quia vouens nescit, quanam materia apta sit voto; ut si quis vouerit se, vel daturum elemosynam anno sequenti, vel jejunaturum, quia nescit, an anno sequenti habeat pecuniam, quam pauperibus largiatur? Respondeo, ad alteram partem possibilem obligari, nemini dubium sit, quia tunc adest virtualis voluntas se obligandi ad partem, quam si inveniet: sic etiam si muliercula voueret jejunium, ut contineret à Deo vel amasium, vel maritum, certe invalidè voueret, modò dictis n. 9. at si ipsa ex ignorantia sic voueret, ut deinde à Confessario suo instructa eligeret id, quod bonum fuerit, virtualiter determinatam illam partem pertinentem ad maritum voueret, quare & validè.

§. VI. Quomodo Votum sit interpretandum.

1. Revis est Regula, fusior petenda ex dictis cum ex *duramento*, *supra*, cap. 3. §. 4. Cum Votum obliget solum secundum intentionem vouentis, benignè, & non strictè erit interpretandum, ut quanto minus possit gravari vouentem. Legè Suarez lib. 4. de voto, c. 7. num. 8. & 9. Laym. lib. 4. de voto, c. 3. n. 3. Quod si de ejus intentione non constet, præsumendum est votum fuisse emissum, juxta id, quod requirit natura rei promissæ; de qua re, si item non constet, præsumendum erit juxta quod significant verba, quibus facta est promissio; & quidem secundum communem usum loquendi, cum semper præsumatur quis sua verba menti velle conformare, eademque juxta morem patrum proferre.

Affertur interpretatio aliquorum Votorum. Votum Virginitatis.

2. Votum puellæ de virginitate perpetua, immò de virginitate, nisi expressè aliqua limitatio addatur non solum eam obligat ad reculandum primum actum turpem, sed omnes deinceps. Ita S. Thom. quem citat, sequiturque Suar. loc. cit. n. 5. & 7. quia ex usu loquendi illud (voveo virginitatem) significat perpetuam Castitatem; quare amissa per primum actum virginitate, adhuc obligatur ad respiciendos omnes actus tum externos, tum etiam internos contra virtutem continentiae. Ita in nostr. opuse, de Confessione in editione Pataviana, lib. 2. c. 7. §. 1. n. 4. & colligitur ex Suar. loc. cit.

Votum Peregrinationis.

3. Votum Peregrinationis potest impleri per peregrinationem equestrem; sic Bonac. disp. 4. q. 2. p. 6. n. 16. hæc enim in omni rigore peregrinatio est, & sic minus gravatur vouens: ut item propter non absumilem rationem,

potest impleri per peregrinationem factam propter aliam negotia, dum ad sit intentio volendi voto satisfacere.

Audiendi Missam.

4. Votum de audienda Missa impletur juxta, ac impletur, si esset de præcepto Ecclesiæ; hoc enim modo præsumitur promitti: sic Suar. loc. cit. n. 14. Si vovisti audire Missam quotidie, censetur ex vi huius voti tibi die festivo satis esse unam audire; quamvis hæc sit de præcepto, quia intentio tua videtur solum fuisse, nullum transire sem sine Missa.

Recitandi Rosarium.

5. Votum de recitando Rosario, absolute intelligitur de tertia parte, quia hæc communiter Rosarium appellatur: sic Suar. loc. cit. n. 5. Sanch. loc. cit. n. 15. Rursus poteris recitari cum socio alternatim, quia hic jam est usus apud nos communis: qui apud Hispanos, quia fortasse non adest, ideo Castro Pal. tom. 3. tr. 2. §. d. 1. p. 12. num. 9. ejusmodi alternationem in eo voto adimplendo negavit. At sola mente recitari non poteris, quia eratio vocalis est in eo voto promissa.

Ingressendi Religionem absolute.

6. Votum ingrediendi Religionem, vel suscipiendi Ordines sacros, non obligat ad castitatem, donec status illi assumantur; secus plus nimio gravaretur vouens, nec enim, illis fiontem assumptis, est emissum castitatis votum. Ita Val. 2. 2. d. 9. §. 6. p. 4. vers. atque ex hoc quidem. An idem votum ingrediendi Religionis obliget filium in necessitate parentum, fratrum, sororum, &c. vide apud Castro Palatum tom. 3. tr. 16. d. 1. p. 7. §. 5. per totum.

Ingressendi Religionem, si Pater consenserit.

7. Hoc votum tunc obligat, quando Pater id à filio sincere proponente sciens, non contradicit. Ita Sanc. mox citandus; non enim opus esse censetur, ut pater assensum positivum præbeat; quia ex communi more hic sensus ejus voti est: *Ingressi, nisi pater egrè ferat, & contradicat*.

8. Quid, si prior contradixerit, sed deinde mutata voluntate consentiat? Dico tunc impletam esse conditionem, votumque obligare, iam enim abest contradictio.

9. Quid, si contra: hoc est, si consenserit, sed deinde, ante ingressum filij in Religionem contradicat? Aio votum non obligare, quidquid dicant Sanch. lib. 4. in Dec. cap. 24. n. 14. Layman. lib. 4. tr. 4. c. 6. §. 2. quia non est impleta conditio juxta consensum vouentis, qui voluit molestiam patris vitare.

10. Quid denique, si vel antequam pater posset significare assensum, vel dissensum; vel antequam adveniat tempus ingressus, ipse pater moriatur? Dico votum obligare; quia solum, nisi aliud manifestè fuerit expressum, requirebatur, ne pater contradiceret, molestiamque patretur, quæ neg. jam nunc adest.

Jejunandi.

11. Votum jejunandi intelligitur de jejunio more Ecclesiastico, unde pro quocunque die voveris, licet tibi laeticiis velis, ex Sanch. lib. 4. in Dec. c. 1. n. 53. quamvis Castro Palatus tom. 3. tr. 15. d. 1. de voto p. 12. n. 18. neget, si votum fuit pro Quadragesima, vel aliis temporibus, in quibus ex consuetudine ab his abstinetur: uterque probabiliter. Si vovit quis jejunare in vigilia alicuius Sancti, quando hæc incidit in Dominica, potest, immò præstet jejunare die Sabbati, quia hæc translatio de more Ecclesiæ est. Nam propter eandem rationem, cum, qui per totum mensem jejunare vovit, non obligo Dominicis, nisi expressè etiam se pro illis obligaverit.

12. Si jejunium promissum violasti, carniæ comestione

tenetur ad jejunium; quia jam remanet principale, scilicet jejunium, quod servari potest. Dixi (nisi aliud expresse intendatur) nam si intendam te jejunare prae ceteris hac forma, sine vino, sine piscibus, &c. & non sub alia illa forma semel, quamvis cum primo violata, ad aliam ex vi voti non obligaberis, quia illam vovisti, non aliam.

17. Sed quid, si vinum biberis, atque addo quoad hanc circumstantiam votum violaveris, licebitne tibi sine novo peccato, vinum iterum, iterumque potare, posito, quod aliud in contrarium expresse non intenderit? Affirmat Sanchez lib. 4. in decap. 11. num. 41. quia per abstinentiam vini semel violatam redditur pro illo die impossibilis dicta abstinentia. Negat Castro Palaus tom. 1. tract. 15. d. 1. p. 12. n. 19. quia intentio votantis videtur aditrix xisse jejunio abstinentiam vini pro singulis horis totius diei: Ego assentior Sanchio, si sermo sit de voto jejunandi in pane, & aqua: Castro Palaus autem, si de voto abstinenti eo die à vino; nam in his duobus votis, licet videatur magna affinitas, quia tamen in altero est negatio bibendi vinum, quae est malignantis naturae, in altero est affirmatio bibendi aquam; videtur adesse non spernenda diversitas, quam pro doctioribus innuisse sit satis.

18. Hoc facit sequens casus: Voveram ego per omnes sextas ferias solum panem comedere, & item voveram in Vigilia B. Aloysij panem non comedere, sed verò res alias, ciceres, fabas, lentes, immò & pisces, &c. incidit autem hoc anno Vigilia Beati in sextam feriam, quid agam; si enim solum panem, siue sola esculenta comedam, contra alterum ex votis faciam. Respondendo, hac in re non puto attendendum ad prioritatem temporis emissi voti, quia tempus in Voti Deo factis videtur res valde extrinseca, necque ad intentionem votantis; supponimus enim hanc concurrentiam ipsum non praevidis. Puto hunc obligari ad ponendum, quod Deo gratius existimabitur. Sicut enim, si tibi duo promisi, gemmam, v.g. pretiosam, & mediocrem picturam, quae ab amico expectabam; si deinde ab eodem non possum obtinere utrumque, sed alterutrum, quem malueris, certe gemmam eligere debeo, quo tibi in re maiore, quam possum satisfaciam: ita videtur in casu nostro.

19. Verum, quid Deo erit gratius in re, de qua agimus, ubi utrumque jejunium ab eadem virtute abstinentiae procedit, nec ad excellentiorem actum recurrere possumus? Respondeo. Censuit quidam, jejunium sine pane esse gratius Deo; quia in genere abstinentiae rigidius est, quam jejunium cum solo pane. Non assentior, puto enim esse rigidius jejunium in solo pane, quam jejunium in ceteris. Nam ego potius eligerem, siue ad incitandum palatum, siue ad nutritionem, comedere pisces, ciceres, lentes, pulres varias, variisque saccharo condita, fructusque cum libertate diversos, praesertim pro uno tantum die; quam vnum aridum, siccum, insipidum, nullo obsonio associatum panem. Merito ego assero gratius esse Deo jejunium in solo pane, quam jejunium cum libertate in ceteris.

Sed quid si vovens advertisset, cum vovit, ad utrumque jejunium, ad quod obligabitur?

Resp. aliqui cum Sylv. v. Votum 2. q. 17. ad utrumque, si potest, quia utrumque promisit, quare nihil comedat. Alij cum Vasp. de jejun. d. 243. respondent, ad neutrum, quia satis diversum jejunium est, nihil comedere, quod certe vovens non videtur vovisse; quam jejunium siue pane, & jejunium cum ceteris, quae promisit.

Dico congruentius loqui Priores, quia nisi vovens amens fuerit, dum vovit panem non comedere, & alia esculenta non comedere, nihil comedere promisit. Id ergo servet, si potest; nam ceterum facile Superior dispensabit, vel gravis debilitas consideratis vovens viribus iuste timenda excusabit.

20. Qui vovit jejunium in pane, & aqua, potestne comedere pastillos esculentos, quos Itali *Macherones*, vel *Vermicellos* appellamus: nam, si in illos, dum coquantur, parum olei, & amaraci paucula frondes infundantur

Abstinentia à vino.

14. Votum abstinenti à vino, etiam ad evitandam ebrietatem, non prohibet cerusiam, & similia; quia haec sunt satis diversa, & finis extrinsecus sub voti obligationem non cadit. Alia de hoc voto mox asseram num. 15.

Jejunandi in pane & aqua: ubi? An Pastilli esculenti, vulgo Macherones, hoc jejunium violant?

15. Votum jejunandi in pane, & aqua obligat sub mortali, ne aliud comedas, vel bibas. Exiptionem parvitatem materiam, quae certe in re nimis laxè mihi videtur, Castro Palaus 1. 1. d. 1. p. 12. n. 21. dixisse, quod docuit votum abstinenti à vino, obligare sub gravi culpa, si bibatur ea quantitate, quae vino temperatè, siccitibus sufficeret pro una comestione; quasi ad majorem non obligetur graviter: nimis, inquam, laxè. Si quis tamen quater bibat vinum, quod de more mistum in prandio, temperatè bibat, ergo sequitur, quod si, cui non liceret vinum propter votum bibere, posset sine gravi culpa bibere bis, vel ter. Id non credo. Semel igitur modo dicto bibere, non putarem grave; pluries, putarem: Nec id durum videatur; nam idem Castro Palaus, lib. 1. n. 19. nescio, an sibi repugans, non multò ante dixit, seu supposuit, semel bibendo vinum, frangi jejunium promissum in pane, & aqua. 16. Qui in pane, & aqua jejunare vovit, si non potest sic jejunare, obligabitur jejunare cum piscibus; si nec cum his, vel similibus potest, obligabitur cum laetioribus jejunium servare. Ratio est, quia accessorium sequitur principale; non contra: cum igitur ex mente communiter votantium (nisi aliud expresse intendatur) in praedictis promittatur principaliter jejunium; si illud observari potest, debet. Contra verò si jejunare non potest, non propterea à praedictis cibi, & etiam à carnibus te continere iubeo, quia abstinentia ab his accessorie ad jejunium fuit promissa. Ita Layman. lib. 4. tr. 4. cap. 2. n. 3. propter eandem rationem, si vovens jejunium in pane, & aqua, hora consueta alios cibos quadragesimales adhibuit, violando graviter votum, adhuc

supponimus, sed ad illud ex hac individua persona dimanans.

9. Quid, si votum sit disunctum, cuius una pars cadat in materiam aptam, altera in ineptam? ut si quis ita voueat: *Ego promitto Deo vel me furaturum, vel me Religionem ingressurum*: *Ego promitto religionem ingressurum, vel ut furer, vel ut Deo seruiam*: *Voveo vel se occidere, vel me per aliquot dies jejunaturum*, & similia? Respondeo dandum esse non absumilem regulam; videndum enim est, an disunctio cadat in duplicem illam materiam, vel finem, necne. Si cadat in utramque, illicitum est votum, quia existente una parte mala, utraque pars mala erit, cum malum ex quocunque defectu, quare voti materia esse non potest. Quod si disunctio non cadat in utramque partem, sed determinate intendatur una pars, altera vero solum sit appositae, ut conditio, valent votum quoad illam partem determinatam, si aliunde apta voto est. Exemplum clarior evadet doctrina. Sit, qui sic voueat: *Promitto aliquid furari, quo semel dives, et si furari non possum, promitto me in Religionem ingressurum*. Vide hic adesse veluti duo vota. Alterum: *Promitto furari*; & hoc invalidum est. Alterum: *Promitto me Religionem ingressurum, si furari non fuero*, & hoc validum est; quia de re ex se bona, & omnisio furti, est solum conditio.

10. Quid denique, si votum idem disunctivè emittatur, quia vouens nescit, quanam materia apta sit voto; ut si quis vouerit se, vel daturum elemosynam anno sequenti, vel jejunaturum, quia nescit, an anno sequenti habeat pecuniam, quam pauperibus largiatur? Respondeo, ad alteram partem possibilem obligari, nemini dubium sit, quia tunc adest virtualis voluntas se obligandi ad partem, quam si inveniet: sic etiam si muliercula voueret jejunium, ut contineret à Deo vel amasium, vel maritum, certe invalidè voueret, modò dictis n. 9. at si ipsa ex ignorantia sic voueret, ut deinde à Confessario suo instructa eligeret id, quod bonum fuerit, virtualiter determinatam illam partem pertinentem ad maritum voueret, quare & validè.

§. VI. Quomodo Votum sit interpretandum.

1. Revis est Regula, fusior petenda ex dictis cum ex *duramento*, *supra*, cap. 3. §. 4. Cum Votum obliget solum secundum intentionem vouentis, benignè, & non strictè erit interpretandum, ut quanto minus possit gravari vouentem. Legè Suarez lib. 4. de voto, c. 7. num. 8. & 9. Laym. lib. 4. de voto, c. 3. n. 3. Quod si de ejus intentione non constet, præsumendum est votum fuisse emissum, juxta id, quod requirit natura rei promissæ; de qua re, si item non constet, præsumendum erit juxta quod significant verba, quibus facta est promissio; & quidem secundum communem usum loquendi, cum semper præsumatur quis sua verba menti velle conformare, eademque juxta morem patrum proferre.

Affertur interpretatio aliquorum Votorum. Votum Virginitatis.

2. Votum puellæ de virginitate perpetua, immò de virginitate, nisi expressè aliqua limitatio addatur non solum eam obligat ad reculandum primum actum turpem, sed omnes deinceps. Ita S. Thom. quem citat, sequiturque Suar. loc. cit. n. 5. & 7 quia ex usu loquendi illud (voveo virginitatem) significat perpetuam Castitatem; quare amissa per primum actum virginitate, adhuc obligatur ad respiciendos omnes actus tum externos, tum etiam internos contra virtutem continentiae. Ita in nostr. opuse, de Confessione in editione Patavina, lib. 2. c. 7. §. 1. n. 4. & colligitur ex Suar. loc. cit.

Votum Peregrinationis.

3. Votum Peregrinationis potest impleri per peregrinationem equestrem; sic Bonac. disp. 4. q. 2. p. 6. n. 16. hæc enim in omni rigore peregrinatio est, & sic minus gravatur vouens: ut item propter non absumilem rationem,

potest impleri per peregrinationem factam propter aliam negotia, dum ad sit intentio volendi voto satisfacere.

Audiendi Missam.

4. Votum de audienda Missa impletur juxta, ac impletur, si esset de præcepto Ecclesiæ; hoc enim modo præsumitur promitti: sic Suar. loc. cit. n. 14. Si vovisti audire Missam quotidie, censetur ex vi huius voti tibi die festivo satis esse unam audire; quamvis hæc sit de præcepto, quia intentio tua videtur solum fuisse, nullum transire sem sine Missa.

Recitandi Rosarium.

5. Votum de recitando Rosario, absolute intelligitur de tertia parte, quia hæc communiter Rosarium appellatur: sic Suar. loc. cit. n. 5. Sanch. loc. cit. n. 15. Rursus poteris recitari cum socio alternatim, quia hic jam est usus apud nos communis: qui apud Hispanos, quia fortasse non adest, ideo Castro Pal. tom. 3. tr. 2. §. d. 1. p. 12. num. 9. ejusmodi alternationem in eo voto adimplendo negavit. At sola mente recitari non poteris, quia eratio vocalis est in eo voto promissa.

Ingressendi Religionem absolute.

6. Votum ingrediendi Religionem, vel suscipiendi Ordines sacros, non obligat ad castitatem, donec status illi assumantur; secus plus nimio gravaretur vouens, nec enim, illis fiontem assumptis, est emissum castitatis votum. Ita Val. 2. 2. d. 9. §. 6. p. 4. vers. atque ex hoc quidem. An idem votum ingrediendi Religionis obliget filium in necessitate parentum, fratrum, sororum, &c. vide apud Castro Palatum tom. 3. tr. 16. d. 1. p. 7. §. 5. per totum.

Ingressendi Religionem, si Pater consenserit.

7. Hoc votum tunc obligat, quando Pater id à filio sincere proponente sciens, non contradicit. Ita Sanc. mox citandus; non enim opus esse censetur, ut pater assensum positivum præbeat; quia ex communi more hic sensus ejus voti est: *Ingressi, nisi pater egrè ferat, & contradicat*.

8. Quid, si prior contradixerit, sed deinde mutata voluntate consentiat? Dico tunc impletam esse conditionem, votumque obligare, iam enim abest contradictio.

9. Quid, si contra: hoc est, si consenserit, sed deinde, ante ingressum filij in Religionem contradicat? Aio votum non obligare, quidquid dicant Sanch. lib. 4. in Dec. cap. 24. n. 14. Layman. lib. 4. tr. 4. c. 6. §. 2. quia non est impleta conditio juxta consensum vouentis, qui voluit mortem patris vitare.

10. Quid denique, si vel antequam pater posset significare assensum, vel dissensum; vel antequam adveniat tempus ingressus, ipse pater moriatur? Dico votum obligare; quia solum, nisi aliud manifestè fuerit expressum, requirebatur, ne pater contradiceret, molestiamque patretur, quæ neg. jam nunc adest.

Jejunandi.

11. Votum jejunandi intelligitur de jejunio more Ecclesiastico, unde pro quocunque die voveris, licet tibi laeticiis velis, ex Sanch. lib. 4. in Dec. c. 1. n. 53. quamvis Castro Palatus tom. 3. tr. 15. d. 1. de voto p. 12. n. 18. neget, si votum fuit pro Quadragesima, vel aliis temporibus, in quibus ex consuetudine ab his abstinetur: uterque probabiliter. Si vovit quis jejunare in vigilia alicuius Sancti, quando hæc incidit in Dominica, potest, immò præstare jejunare die Sabbati, quia hæc translatio de more Ecclesiæ est. Nam propter eandem rationem, cum, qui per totum mensem jejunare vovit, non obligo Dominicis, nisi expressè etiam se pro illis obligaverit.

12. Si jejunium promissum violasti, carniæ comestione

tenetur ad jejunium; quia jam remanet principale, scilicet jejunium, quod servari potest. Dixi (nisi aliud expresse intendatur) nam si intendam te jejunare prae ceteris hanc formam, sine vino, sine piscibus, &c. & non sub alia illa forma semel, quamvis cum primo violata, ad aliam ex vi voti non obligaberis, quia illam vovisti, non aliam.

17. Sed quid, si vinum biberis, atque addo quoad hanc circumstantiam votum violaveris, licebitne tibi sine novo peccato, vinum iterum, iterumque potare, posito, quod aliud in contrarium expresse non intendis? Affirmat Sanchez lib. 4. in decap. 11. num. 41. quia per abstinentiam vini semel violatam redditur pro illo die impossibilis dicta abstinentia. Negat Castro Palaus tom. 1. tract. 15. d. 1. p. 12. n. 19. quia intentio votantis videtur aditrix xisse jejunio abstinentiam vini pro singulis horis totius diei: Ego assentior Sanchio, si sermo sit de voto jejunandi in pane, & aqua: Castro Palaus autem, si de voto abstinenti eo die à vino; nam in his duobus votis, licet videatur magna affinitas, quia tamen in altero est negatio bibendi vinum, quae est malignantis naturae, in altero est affirmatio bibendi aquam; videtur adesse non spernenda diversitas, quam pro doctioribus innuisse sit satis.

18. Hoc facit sequens casus: Voveram ego per omnes sextas ferias solum panem comedere, & item voveram in Vigilia B. Aloysij panem non comedere, sed verò res alias, ciceres, fabas, lentes, immò & pisces, &c. incidit autem hoc anno Vigilia Beati in sextam feriam, quid agam; si enim solum panem, siue sola esculenta comedam, contra alterum ex votis faciam. Respondendo, hac in re non puto attendendum ad prioritatem temporis emissi voti, quia tempus in voto Deo factis videtur res valde extrinseca, necque ad intentionem votantis; supponimus enim hanc concurrentiam ipsum non praeviderisse. Puto hunc obligari ad ponendum, quod Deo gratius existimabitur. Sicut enim, si tibi duo promisi, gemmam, v.g. pretiosam, & mediocrem picturam, quae ab amico expectabam; si deinde ab eodem non possum obtinere utrumque, sed alterutrum, quem malueris, certe gemmam eligere debeo, quo tibi in re maiore, quam possum satisfaciam: ita videtur in casu nostro.

19. Verum, quid Deo erit gratius in re, de qua agimus, ubi utrumque jejunium ab eadem virtute abstinentiae procedit, nec ad excellentiorem actum recurrere possumus? Respondeo. Censuit quidam, jejunium sine pane esse gratius Deo; quia in genere abstinentiae rigidius est, quam jejunium cum solo pane. Non assentior, puto enim esse rigidius jejunium in solo pane, quam jejunium in ceteris. Nam ego potius eligerem, siue ad incitandum palatum, siue ad nutritionem, comedere pisces, ciceres, lentes, pulres varias, variisque saccharo condita, fructusque cum libertate diversos, praesertim pro uno tantum die; quam vnum aridum, siccum, insipidum, nullo obsonio associatum panem. Merito ego assero gratius esse Deo jejunium in solo pane, quam jejunium cum libertate in ceteris.

Sed quid si vovens advertisset, cum vovit, ad utrumque jejunium, ad quod obligabitur?

Resp. aliqui cum Sylv. v. Votum 2. q. 17. ad utrumque, si potest, quia utrumque promisit, quare nihil comedat. Alij cum Vasp. de jejun. d. 243. respondent, ad neutrum, quia satis diversum jejunium est, nihil comedere, quod certe vovens non videtur vovisse; quam jejunium siue pane, & jejunium cum ceteris, quae promisit.

Dico congruentius loqui Priores, quia nisi vovens amens fuerit, dum vovit panem non comedere, & alia esculenta non comedere, nihil comedere promisit. Id ergo servet, si potest; nam ceterum facile Superior dispensabit, vel gravis debilitas consideratis votantis viribus iuste timenda excusabit.

20. Qui vovit jejunium in pane, & aqua, potestne comedere pastillos esculentos, quos Itali *Macherones*, vel *Vermicellos* appellamus: nam, si in illos, dum coquantur, parum olei, & amaraci pauculae frondes infundantur

Absinentia à vino.

14. Votum abstinenti à vino, etiam ad evitandam ebrietatem, non prohibet cerusiam, & similia; quia haec sunt satis diversa, & finis extrinsecus sub voti obligationem non cadit. Alia de hoc voto mox afferam num. 15.

Jejunandi in pane & aqua: ubi? An Pastilli esculenti, vulgo Macherones, hoc jejunium violant?

15. Votum jejunandi in pane, & aqua obligat sub mortali, ne aliud comedas, vel bibas. Exiptionem parvitatem materiam, quae certe in re nimis laxè mihi videtur, Castro Palaus 1. 1. d. 1. p. 12. n. 21. dixisse, quod docuit votum abstinenti à vino, obligare sub gravi culpa, si bibatur ea quantitate, quae vino temperatè, siccitibus sufficeret pro una comestione; quasi ad majorem non obligetur graviter: nimis, inquam, laxè. Si quis tamen quater bibat vinum, quod de more mistum in prandio, temperatè bibat, ergo sequitur, quod si, cui non liceret vinum propter votum bibere, posset sine gravi culpa bibere bis, vel ter. Id non credo. Semel igitur modo dicto bibere, non putarem grave; pluries, putarem: Nec id durum videatur; nam idem Castro Palaus, lib. 1. n. 19. nescio, an sibi repugans, non multò ante dixit, seu supposuit, semel bibendo vinum, frangi jejunium promissum in pane, & aqua. 16. Qui in pane, & aqua jejunare vovit, si non potest sic jejunare, obligabitur jejunare eum piscibus; si nec cum his, vel similibus potest, obligabitur cum laetioribus jejunium servare. Ratio est, quia accessorium sequitur principale; non contra: cum igitur ex mente communiter votantium (nisi aliud expresse intendatur) in praedictis promittatur principaliter jejunium; si illud observari potest, debet. Contra verò si jejunare non potest, non propterea à praedictis cibi, & etiam à carnibus te continere iubeo, quia abstinentia ab his accessorie ad jejunium fuit promissa. Ita Layman. lib. 4. tr. 4. cap. 2. n. 3. propter eandem rationem, si vovens jejunium in pane, & aqua, hora consueta alios cibos quadragesimales adhibuit, violando graviter votum, adhuc

N

dantur, gratos se palato exhibebunt; cumque ex alia parte concedamus omnes solum esse veniale, propter parvitatem materię, tam exigua additione non violandam moraliter sic esse jejunium, videbitur aliqui. Quid, si neque hæc addantur sed meri vermicelli, & similes aqua costi comedantur?

Respondeo: quamvis hoc posterius sit concessu facilius, tamen utrumque puto esse contra ejusmodi votum. Ratio ducitur ex interpretatione communi sic votentium, qui dum jejunium vovent in pane, & aqua, solo pane se fore contentos promittunt, nisi expressè aliud intendat: at illa, quamvis ex simili farina, quā panis, compacta edulia longè aliud sunt in usu humano, quam panis. Illud facile indulgeo, ut panem possit quis aqua coquere; quia sic non se extrahit ab usitate panis: quare sicuti posset illum ad prunas assare, assatōque tunc vesci, quod nemo negat; sic poterit aqua elixare, elixatumque comedere.

Abstinentiā à Carnibus.

21. Qui vovit abstinere à carnibus, potest comedere lacticia, quia hæc non veniunt in communi loquendi more, nomine carniū. Propter eandem rationem, qui vovit abstinere à lacticiis, videtur posse carnibus vesci, & ita putat S. v. *Votum* n. 25. Sanchez *de cap.* 11. num. 46. Sed non assentior, quia ex communi hominum existimatione, qui à se prohibet lacticia, prohibet & carnes seu supponit carniū prohibitionem: & certè mirum esset, hominem tunc non posse comedere ova, posse gallinam tacite ducitur (nisi expressè contrarium intendatur) in voto abstinentiæ à lacticiis, involuitur promissio abstinentiæ à carnibus, non verò contrā. De abstinentia carnis accessorie ad votum jejunii, vide n. 12.

§. VII. De Voto rei indeterminata.

1. **V**otum de materia indeterminata, sive primò quoad quantitatem ut: *Voveo elemosynam*, non designando quantam; sive secundò quoad qualitatem, ut: *Voveo dolium vini*, non decernendo ejus bonitatis, sive tertio quoad individuitatem, ut: *Voveo dare in elemosynam unum ex his duobus servis, hunc, vel illum equum, &c.* Votum, inquam, de re indeterminata validum est, & licitum; quia indeterminata non tollit bonitatem materię, sed solum obligat votentem, ut illam decernat. Sed ecce difficultas, quia ratione ea determinari in ipsa executione debeat?

2. Dico primò, quoad priora duo, ita determinari debere, ut secundum regulam §. *precedente* datam, quantum minus potest, vovens gravetur, usum tamen loquendi, & voventis intentionem semper præ oculis habendo. Ita Valentia 2.2. *disp.* 6. *quest.* 6. *punct.* 4. *quest.* 3. Azor. 5. *parte.* lib. 11. *cap.* 20. *quest.* 2. & 10. Bonacina *tomo* 2. *disp.* 4. *quest.* 2. *de voto, punct.* 6. num. 12. & 31. alique. Poterit igitur minimam, infimamque, prout maluerit, eligere: Dixi (Vsum loquendi, & intentionem præ oculis habendo) per diligentem enim advertet, quod & Doctores advertunt l. *Nummis*, ff. *de legatis* 3. & nos *supra* §. lib. 1. *cap.* 3. §. 7. *Legatum*, & v. *Votum*, monimus in legatis; tacite ipso voto interdum determinationem involvi, verbi gratia, si calicem voveas, certè argenteum, non verò vilioris materię debes; quia ex usu loquendi, dum voves Calicem, pro Missa celebranda voves, qualis est ad minimum argenteus quoad cupam. Pari modo, si vovisti panem, oleum, &c. non potes quæcunque vilissima, sed quæ usui communi solent convenire.

3. Vinum pro celebrandis Missis vovit quidam dandum singulis diebus Patribus Capucinis, atque hoc Votum in hæreses transmissit: qui (ut allolet) sui genitoris pietatem oblitus, vinum dabant infimæ qualitatis: interrogatus ego de hæredum obligatione, eosdem monui, Votum Patris non servari, nisi bonum vinum, ac Sa-

cificio dignum ministrarent, hoc enim tacite promissit, ex communi more, Pater.

4. Dico secundò, quoad tertiam indeterminatorem individuatōis; posse voventem, quod libenter, eligere. Quia dum quis ita promissit, tacite voluit non unam partem determinatè promittere, sed liberè offerre, quam voluerit. Si quando alterutrum ex his ante electionem pateat, an, quod superest, integrè debeas, variant Doctores. Dividendum putant, Sanchez *lib.* 4. in *Dec.* *cap.* 13. num. 19. & Molina, *tomo* 2. *de iust.* d. 270. *vers.* quando res una; integrè dandum docet Bonacina *lib.* 4. *de voto*, q. 2. *part.* 6. num. 34. & Castro Palau *tomo* 3. *tr.* 15. *disp.* 1. p. 12. num. 26. illi, quia res remanens non erat tota addita: sed solum veluti pars; hi, quia sensus promissionis videtur hic: *Dabo equum*, v. g. *quem habeo ex his duobus*. Vtrumque probabile.

CAPUT XVI.

De Obligatione Voti.

1. **N**on obligat Votum, Primò, si cesset ex natura rei. Secundò, si ex lapsu temporis. Tertio, irritatione. Quarto, dispensatione. Quintò, commutatione, de quibus ea, quæ magis sunt necessaria, insequentibus explicabuntur.

§. 1. De cessatione Voti ex natura rei.

1. **C**essat veluti ex natura sua Votum, Primò, quando materia promissa, sive in re, sive secundum prudentem hominum æstimationem, diversa notabiliter sit. Ita Valentia 2.2. *disp.* 6. *quest.* 6. p. 4. *vers.* eo igitur modo, Sanchez *lib.* 4. in *Decalog.* *cap.* 2. num. 20. Ratio est, quia illam promissit vovens, non verò diversam.

An sint mutata circumstantiæ in eo, qui vovit castitatem, vel Religionem, si multos, vel aliquos annos vixit vxoratus; disputat amicissimus Tancreda, p. p. *q. mor.* tr. 3. *de voto, disp.* 1. *quest.* 51. an nimis benigne, qui legit, expendat.

Diversa autem fiet, quando notabiles difficultates superveniunt, vel de novo quid simile cognoscitur, ex parte ipsius materię promissæ; quare est periculum vitæ, honoris, gravis alicuius damni. Sic Suarez *lib.* 4. *de voto*, *cap.* 10. num. 1. tunc enim res videtur transire in alium statum moraliter diversum, quem vovens, nequaquam promissit.

Dixi (de novo cognoscatur) nam si, non obstante illo periculo cognito, adhuc vovisti, obligaris promissæ, quia res pro te non est mutata: solum erit perpendendum, an honestum fuerit, cum eo vitæ verbi gratia, periculo vovere, atque aded, an votum valuerit: Sanè interdum valere, quando virtuti consonum est, tali periculo se exponere, certum est; ut accidit fortè Carthusiano, voventi, nunquam, ne in infinitate quidem, carnes comedere.

2. Cessat secundò, cessante causâ finali, non verò impulsiva: sic Sanchez *loco citato*, num. 42. Azor. *parte* 1. l. 11. *cap.* 15. *quest.* 14. sine enim non subsistente, nec subsistit promissio. Quod si finis principalis sit duplex, videndum est, utrum divisibiliter, an indivisibiliter uterque fuerit intentus, & inde vigorem voti cognosce, ut *supra* *cap.* 13. n. 12. & 13. innuimus satis.

Hinc, si vovisti dare elemosynam Petro pauperi, & hic dives evasit: Si eandem vovisti ad finem impetrandi salutem absentis Ilio, & hic mortuus erat, quando votum emittebas; Si ad finem liberandi captivum à servitute, & hic non inveniatur fuisse captivus, vel ante tuum votum ad libertatem fugâ se vindicasse; Si ad finem ædificandi Ecclesiam, atque hæc propter hæreticos, v. g. inuencientes, ædificari non concedatur; ad nihil tenetis; siquidem causâ finalis tui voti nequaquam subsistit.

Nota